

B

V

W



- 1 Γενυσις Ναισαυρις τῷ Θεολόγῳ κατὰ ευνομίαν των προδικασθῆς.
- 2 Gregorij Nyssemi ad Eustathiam et Ambrosiam, et Basiliscam, Epistola.
- 3 Πλατωνος Νόμων Πεσοίμων.
- 4 Ασχιανῶς Περὶ τῶν κατὰ πικροῦν τῶν διαβολῶν. cum epist. Casel. ad Hon. su. ab
- 5 Caselij Emiliacius Joann. Borckholdt per scriptus.
- 6 — — — — — Pindar, sive Magister dicendi.
- 7 Demosth. περὶ φιλίας λόγος.
- 8 Caselij Νέος καὶ προδικασθῆς.
- 9 — — — — — De Nobilitate libellus.
10. — — — — — Παράδοξα duo in Educacōe principum.
11. — — — — — Epistola de obitu Magni Zanoseij, ad Thomā Zanoseij filium.
12. Alberti Clampus Mulus Arcadius, et paucula alia poemata.
13. Laurent. Rhodoniāni Epos Manibus Magni Zanoseij, cum Epistolis aliquas Casel.
14. Theodori Adami Panegyricus solenni introducta Acad: Julia die habitus.
15. Bartholomaej Coppen Oratio funebris, de obitu princip: Frid: IV. comit: Palatin.
16. Rudolphi Diepholdi Nona April: in Natal: 21, princip: Frid: Vlder: Duc: Brun.
17. Christophorij Heidmanni Oratio de Verbo ac primo hominis verbo.
18. Reditus in patriam ex peregrinacōe aliquot annorum, Frid: Vlder: Ducis Brunsvic:
19. Adami Luchtenij oratio in resignacōe Magistratus scholast: ubi et de Calabria.
20. — — — — — Programma de obitu Ioan: Carol: Caselij.
21. — — — — — programma de obitu Henrici Julij a Lippa.
22. — — — — — programma de obitu Fadus: Parcovij.
23. Tobia Paternestteij epistola respons: ad litteras Ioan: Marselij.
24. Caselij epistola ad nuptias Henrici Julij Wittershajm:
25. Conradi Horneij Epos, memoria Polycarpi Lysenij consecrat:
26. — — — — — Carmen ad nuptias Henningi von der Dörschburg.
27. — — — — — Gratulatio Adamo Luchtenio de Restorata scripta.
28. — — — — — Carmen ad Simonem Struvium, in Ethic: disput.
29. Quorundam doctorum virorum carmina Cornelio Martini scripta.
30. Conradi Rittershusij epistola ad Andream Pauli patricium Brunsvicij.
31. Caselij epistola ad Senatū Göttingesem.

Sequuntur et paucula alia materia quare titulos et auctores
huc ascribi e charta angustia non passura erat.



TOBIÆ
PAVR MEISTE-
RIA KOCHSTET
I. C. AVLAE CAESAR.

Comitis,

SERENISS.
HENRICI IVLII, DVC.
BRVNSVIC. ET LVNAEB.

Consiliarij intimi,

EPISTOLA RESPONSORIA

Ad literas

IOANNIS MARSILII, SERENISS.
Reipublicæ VENETAE Theo-
logi:

*Quibus Imperii VENETI Maiestas, ab affe-
ctato Dominatu Pontificio, libera &
inviolata adseritur.*



HELMAESTADII,
Ex officina typographica IACOBI LVCII,
ANNO M. DC. XL.

TOBIAE
PAVARI MEISTRE
RI A KOCHSTET
I. C. AVIAE CAESAR
Commissarius

HENRICH WILLI DVC
BRUNSVIC ET LUNAB
Consiliarius

ERSTOIA RESPONDIA

Ad hunc
IOANNIS MARILLI SERENISS
Reipublicae Venetae Theo-

Quibus Imperator VINCENTII MAESTRI, ab offi-
cio Domini Pontificis, libere
incolata adferunt.



HELMSTADIA
Ex officina typographica IACOBI DVCI,
ANNO MDCXX





Eruditissimo atq; Eloquentissimo

Dn.

TOBIÆ PAVRMEISTERO,
Comit. illustr.

IOANNES MARSILIVS, SERE-
nif. Reipublicæ VENETÆ The-
ologus.

V*Eneti nec bella prouocant nec metu-
unt: cū pacem glorioſè retinere
poſſunt, eam ſuorum ſtudio ac diligen-
tia fouent: cum vero aut armis, aut
iniuria impetuntur, arma ſuſcipiunt, maluntq;
fortiter pugnando reſiſtere inuadenti, quam in-
glorii cedendo quieſcere. Quibus rebus liberta-
tem dominandi, qua cum ipsis nata eſt, macula
penitus expertem, à principio ad hunc diem con-
ſeruarunt.*

*Hæc ad te ſcribo, vir Eruditiffime & Elo-
quentiffime, quod ad calcem capitis 3. libri tui 2.
de Jurisdictione Imperii, hoc anno impreſſi Hano-*

A 2

uia

uia impensis Petri Kopfi, aliter de inuicta Re-
publica senseris, & pronunciaris. Ais enim, nu-
per à Venetis signum fuisse sublatum, ut nobiliss.
Rempub. in integrum restituerent, & Patriæ li-
bertatem vindicarent: Verum arte Romana la-
befactatos, ex dimidiato opere non sine aperto pu-
dore hoc tulisse præmii, ut orbi constet, despotico
Pontificis imperio simpliciter ac plane esse subdi-
tos: quod ut confirmes, iniquissimarum condi-
tionum mentionem facis, quibus eos in gratiam
Pontificis, pro tempore simulatam, receptos fu-
isse, concludis. Hiccine ille amor, quo Venetos
te prosequi non obscuris argumentis ostendis? Hoc-
cine te scripsisse illa veritas patietur, quam in tuo
illo scripto sequi te constantissimè profiteris? Hoc
feres monstrum inter pulcerrimas doctrinarum
tuarum formas conspici? Præsertim cum mini-
mè dubium sit, id non tuum fuisse partum, sed
Iesuitæ illius fuisse abortum, qui fictas illas condi-
tiones, quarum testimonio uteris, Teutonicè in
vulgus sparsit, indignum profectò vita, dignum
igne, dignum tumulo, dignum qui non solum ab
illo capite, sed ab hominum memoria eradatur.
Igitur meo monitu ac rogatu, noli permittere,
ut tam

ut tam modico fermento, tam pulcra tua illius
scripti massa, corrumpatur: resume calamum,
quodq; nimis properatum editum fuit, re, uti est,
diligenter inspecta, prudentissimè reforma. Pa-
lâm enim est, ea abs te inuitè, qua es in sereniss.
Rempub. voluntate, fuisse narrata, ac malle ut
falsa ac prope credulitatis arguaris, quàm ut
vera sint quæ de Venetis dolens exarasti. Quod
ut libentius efficias, ex me hac habe, nimirum ex
teste oculato, non aurito, quæ cum ad eam nor-
mam, quam tibi omnium bonorum consensus, ac
veritas exhibebit, diligenter examinaveris, haut
te unquam illa edidisse pœnitebit. Nil opus e-
rat, ut Veneti signum ullum tollerent, ut suam
libertatem, qua incorrupta semper fuit, in inte-
grum restituerent, cùm Paulus Pontifex Eccle-
siasticam libertatem, hoc est suam, à Venetis in-
violatam consecutus est, querimoniis additis, mo-
nitis ac precibus, haud diu repugnare Senatus po-
tuit. Pax igitur illo ipso procurante, qui eam
turbare instituerat, per Regem Christianissimum
constituta est, nullis, ut Iesuitæ falsò fabulan-
tur, conditionibus: verùm hoc euentu, leges, de
quibus controuersia oborta est, integra in publicis

libris etiamnum scripta leguntur, atq; uti antea
ubiq; inuiolata seruantur: Clerici si graui-
ter delinquant, à magistratibus publicis seuerè puni-
untur: nunquam à senatu ostensum se aliqua exe-
cratione districtum aut obligatum fuisse: nullum
proinde petitum aut acceptum absolutorium: Ie-
suita, quibus turbarum initium adscriptum, se-
natus decreto perpetuo à Venetis finibus exilio
expulsi: hinc & hinc instaurata amicitia argu-
mento legati destinati, à Venetis arma deposita,
nimirum nullo hoste, aut suæ libertatis turbatore
superstite. Atq; hæc sunt, quæ serenissimus Prin-
ceps posterioribus suis literis non obscure signifi-
cauit, quarum exemplum testimonii ergò ad te
mitto.

Scio à nonnullis admirabilem hanc, quam
Veneti consecuti sunt gloriam, paruula illa, ut
ipsi existimant, nota perstringi, quòd duo Clerici,
Abbas scilicet & Brandolinus, & Canonicus
Vicentinus, qui in custodiis Venetiis astricti te-
nebantur, ut tandem supplicii afficerentur, Pon-
tificis ministris ultro sint traditi, quò mendacio,
hæc ullum unquam fuit fictum importunius:
siquidem hi non Pontifici aut eius ministris, ullo
modo


modo concessi, sed Gallia Regi dono à Repub. Veneta, pro ea qua in illos utebatur autoritate, efflagitanti permisi.

Quam rem, publico Tabellionis Instrumento, ne atate vertente Baronius aliquis factum pro Ecclesiastica libertate temerè interpretari audeat, testatum voluit. Hem quantula in re Aduersarii nostri triumphant!

Verum tu vir egregiè cordate, repete qua à me supra commemorata sunt, ex quibus manifestè intelliges, Veneta Reipub. libertatem haut unquam vegetiorem fuisse: quin lege his literis inclusum exemplum sententiæ typis impressæ, atq; à supremo Veneto magistratu in caput Michaëlis Viti sacerdotis, lata proximo mense Octobri, proinde exilium Iesuitarum: quare his similia, non haut pauca inuenies, atq; hinc disces, utrum Veneti sint sui iuris, an ut falsò accepisti, despotico Pontificis imperio planè ac simpliciter subditi. Age igitur, optime atq; præstantissime Comes, age, inquam, redde tuis literis splendorem veritate, dissolue illis officientem nubeculam, dele à clarissimo speculo insignem sine dubio maculam, ut quod vehementissimè te illo ipso capite optauisse
de Ve-



de Venetis non obscure significas, nimirum ut ni-
hil de suo iure Pontifici concessissent, te impetras-
se, & tibi & nobis immortaliter gratuleris.
Vale. Venetiis Kal. August.
Anno 1608.



Reue-





Reuerendo, eruditissimo & clarissimo
viro, Dn.

IOANNI MARSILIO,

Sereniss. Reipub. VENETAE

Theologo:

TOBIAS PAVRMEISTERVS,

à Kochstet, I.C. Aula Cas. Comes, Sereniss. HEN-

RICI IVLII, Ducis Brunsvic. & Lunn-

burg. consiliarius intimus

&c.



Tsi multorum antea sermone ac li-
teris ad me delatum erat, non vnam
in partem ab hominibus præsertim
Italis accipi, quæ cap. 3. lib. 2. De Iu-
risdictione imperij Romani, de sum-
mi Pontificis potestate à me relata sunt: quia ta-
men id præter expectationem mihi, quæ pro di-
uersis perturbationum causis, cuiusq; de his fu-
tura esset opinio, facile prospicienti, haud eue-
nit, non potui nec debui illis magnoperè com-
moueri. Cum verò nuper singulari quodam

B

meo

meo fato incidissem in Nobiliss. ac splendidiss.
Equitem Misnicum CHRISTOPHORVM PFLV-
GIVM, virum perelegantis ingenij, acerrimi iu-
dicij, ac politioris omnis literaturæ, eiusq; cum
primis scientiæ, quam *κρυωτάτω πασῶν τῶν ἄριστων*
appellat Philosophus, sine exemplo peritissimū,
Illustrem ac generosum Baronem Erenfridum
Minquitium, sacratiss. Imperatoris consil. & ad
comitia prouincialia Saxon. proscriptionis sen-
tentiæ, pro sereniss. principe meo HENRICO
IULIO, DVCE BRVNSVICENSE AC LV-
NAEBVRG. contra rebelles subditos suos Brun-
suicenses in aula Cæsarea latae, publicandæ ergò
legatum, cui & ego tunc præstò eram, in transi-
tu Halberstadij proximo mense Iunio conueni-
entem, isq; pro ea, qua est incredibili humani-
tate, de isto meo scripto multa amanter magis,
quàm verè locutus esset, inter alia diuersas quo-
que censuras in Repub. Veneta id subiisse adde-
bat. Quæ cuiusmodi essent, cum diligentius per-
contari, nec loci, nec temporis illius ratio per-
mitteret, in vias ac rationes certius ac planius
quiddam cognoscendi curas & cogitationes o-
mnes defixi. Dumq; rem in varias voluto par-
tes,

tes, ecce præter omnem expectationem paucis
abhinc diebus ex aula Pomerana literæ ad me
perferuntur, quibus adiunctum erat exemplum,
vir Reuerende, clariss. atq; eruditissime, præmi-
sæ tuæ ad me Epistolæ, ante biennium Illustris-
simo ac literatissimo principi PHILIPPO PO-
MERANIAE Duci, inter alia noua ex Italia alla-
tum, ideo, vti causabantur, hætenus detentum,
quòd literas ipsas iam dudum mihi redditas esse,
minimè fuisset dubitatum. Eo quidem auidis-
simè perlecto, etsi initio, tanto id temporis inter-
uallo suppressum, mihiq; dum res in ore ac me-
moriam esset omnium, rescribendi facultatem e-
reptam esse dolui: tamen vt me collegi, magna
& incredibili voluptate sum perfusus, quòd de
vero tandem exitu grauissimæ istius contro-
uersiæ me redderet certiolem. Ac licet vulne-
ra illa, iam obducta refricare, aut aliquid alie-
niore tempore nouæ disceptationis commoue-
re, (quod, teste Isocrate, ἀκαιρόν πανταχῶς λυπηρόν) mi-
nimè conuenire intelligebam, ideoq; quicquid
eram rescripturus, in locum commodiorem, ite-
randæ nimirum dicti operis mei, vel librorum
de Republica editionis, reijcere poteram: quia

B 2

tamen

tamen ad principum & plurium aliorum noti-
tiam scriptum tuum peruenisse constaret, vt qui
tua legerunt, qui meus in serenissimam Rem-
publicam animus esset, liquidò cognoscere
possent, responsum minimè differendum ratus,
ac vt & certius ad te transfiret, nec manu scripto
idem quod tuo eueniret, typis imprimendum
curavi.

Quantum itaque ad primum Epistolæ tuæ
caput, quo animi à nobiliss. Republica alienio-
ris me arguis, candorem quoq; in re, vt erat ge-
sta, narranda requiris: Equidem quod meum in
inclytam ciuitatem sit studium & propensio,
nemini obscurum esse posse arbitror, qui quan-
tum ex sinistro illo rumore erecti & sublimis
Venetorum animi artibus & consilijs, vti metu-
ebam, Romanis sic, vt ferebatur, inflexi conce-
perim dolorem, animaduertet. De pactis au-
tem & conditionibus ad quæ mea, quæ vrges,
omnia, non simpliciter prolata referuntur, qui-
bus tum res transacta dicebatur, non ex illo cu-
ius meministi Iesuitarum scripto, Germanicè in
vulgus sparso, sed alia quadam relatione latina,
nescio tamen an ijsdem autoribus, sum edoctus.

Pote-

Poteram (vt de æquitate expoſtulationis tuæ aliquid concedam) vel debebam potiùs, fateor, dum certiora afferrentur, meum de tanta re ſuſpendere iudicium. Quia verò ſubito iſto ſilentio expectatio concitata refrigeſcere, faxq; illa magnanimitatis Venetæ in aſſerenda à ſeruitute pontificia, auita dominandi libertate orbi accenſa, in cineres collabi videretur: Iuſta magis indignatione & odio eorum, quos, illuſtri ac magno ſuperiorum temporum, non quidem in iſta Republica, exemplo labefactati præclari ac memorabilis propoſiti, autores fuiſſe ſuſpicabar. Vtq; principem ac ciues nobiliſſimos, in iſtituto ad gloriam curriculo, perpetuæ & æquabilis maiorum conſtantiaæ reſpectu perſeuerandum adhortarer, quàm vllò inſectandi ſtudio, iſta à me exarata eſſe profiteor.

Ab hac autem, quam ex commento iſto vaniſſimo contraxeram animi moleſtiam, ad incredibilem lætitiã me reuocarunt dictæ tuæ, vir præſtantiſſime, literæ, quibus ſalua & incolumi dignitate ac libertate, interuentu Chriſtianis. Galliarum Regis, controuerſiam iſtam ſedatam eſſe cognoui. Quod enim, vt ſcribis,


leges, de quibus dissidium obortum fuit, in Tabulis publicis integræ leguntur: Iudicia, tam in Clericorum, quàm Laicorum personas & res in ciuilibus & capitalibus causis, ἀντιθέτῳ exercentur: vti Iesuitarum turbarum autorum, perpetuum à finibus Reipublicæ decretum exilium, & seueræ aliæ in Ecclesiastici ordinis homines grauius delinquentes poenæ & animaduersiones, lataq; nuper in caput Michaëlis Viti sacerdotis à supremo magistratu sententia, (cuius tamen, vt nec literarum serenissimi principis posteriorum, exemplum, ad me non est perlatum) ostendunt, quodq; S. P. Q. V. vt nullis pontificum censuris & coërcitionibus sese districtum & obligatum vnquam agnouerit, ita nec vllam absolutionem vel remissionem petierit vel acceperit: quid aliud quàm plenam & numeris omnibus absolutam ἀρχὴν πολιτικὴν siue κυρίαν πάντων, (quæ nil nisi νομοθεσίαν & δικαιοδοσίαν de rebus tam sacris quàm prophanis, belli ac pacis arbitrium cum munerum ciuiliū, tam patrimonij, quàm personis imponendorum iure comprehendit) à dominatione Romana planè liberam, solisq; diuinarum ac naturalium legum finibus circum-

scri-

scriptam, euincunt? Ac utinam plures eiusmodi essent Respublicæ, non haberent hæc secula quod inuiderent antiquitati, cum nec Roma ipsa in summo illibatae libertatis fastigio per leges politiarum rectorum omnium altius ire potuit. Quod verò nostra hac tempestate praeque orbis Christiani regna tam sint luxata & conuulsa, nulla alia causa est, quam quod sublato religionis & imperij politici discrimine, ac diuiso vel rupto potius fidei & obedientiae subditorum vinculo, in ijs non parem tantum ac imperij socium, sed superiorem ac Dominum quoque; Regum ac Principum Pontifex sese gerat.

Gratulor igitur ex animo labem istam turpissimam, Maiestatis nimirum suae, fascium & vexillorum submissionis à splendidissima Republica remotam, ac non tantum antiquissimam eiusdem libertatem non imminutam, sed etiam illustri hac contentione stabilitam & confirmatam esse. Etsi enim multa sunt VENTORVM tam bello, quam pace egregia monumenta, semperque per continuos successores aliquid solidae ac spectatae gloriae additum sit, quorum persecutionem epistolae leges non permittunt:

tunt: ea tamen, licet per se sint magna & im-
mortali memoria digna, cum hoc pulcerrimo
post ciuitatem natam facto, quo palmam Re-
gnis ac Rebuspublicis omnibus Religionem Ca-
tholicam Romanam, vti vocant, profitentibus,
præripi manifestum est, comparata, multò mi-
nora reperiuntur. Eoq; effectum est, vt poste-
ris satis futurum sit, si principis ac senatorum
præsentium, sapientiam, animi magnitudinem,
ac in rebus gerendis dexteritatem ac solertiam
perpetuò imitentur. Vale. Ex rure meo
Hadeberiano pridie Non. Augu-
sti, Anno 1611.




155592

X2204159

VD 17





TOBIÆ
PAVRMEISTE-
RI A KOCHSTET

I. C. AVLAE CAESAR.

Comitis,

SERENISS.

HENRICI IVLII, DVC.
BRVNSVIC. ET LVNAEB.

Consiliarij intimi,

EPISTOLA RESPONSORIA

Ad literas

IOANNIS MARSILII, SERENISS.

Reipublicæ VENETAE Theo-

logi:

*Quibus Imperii VENETI Maiestas, ab affe-
ctato Dominatu Pontificio, libera &
inviolata adseritur.*



HELMAESTADII,

Ex officina typographica IACOBI LVCII,

ANNO M. DC. XL

